DE OFFICIO COMITIS SACRI PATRIMONII.

1.34.

1 [*Αὐτοκράτωρ Ἀναστάσιος Α.*]

Τῆς ἰδικῆς ἐφευρεθείσης οὐσίας τῷ δημοσίῳ ἢ ἐφευρεθησομένης προβεβλήσθω ἢ καλείσθω κόμης τῆς ἰδικῆς κτήσεως, κατὰ μίμησιν τοῦ κόμητος τῆς ἰδικῆς περιουσίας αὐτὴν διοικῶν· πᾶσι τοῖς ὑπ᾿ αὐτὸν οὖσι γεωργοῖς ἢ παροίκοις ἢ ἐμφυτευταῖς τῶν αὐτῶν ὄντων προνομίων, ὧν οἱ ὑπὸ τὸν πραιπόσιτον καὶ τὸν κόμητα τῶν οἰκείων ἀπολαύουσι, καὶ παρὰ μόνῳ κόμητι τοῦ τῆς ἰδικῆς κτήσεως κινείτωσαν καὶ ἐναγέσθωσαν. οἱ δὲ τοῦ τῆς ἰδικῆς κτήσεως ταξεῶται τοῦ κόμητος τῆς ἁπανταχοῦ ἰδικῆς περιουσίας ἐχέτωσαν προνόμια.

id est:

Imp. Anastasius A.

Si privatum patrimonium fisco accessit vel accedet, ei praeficiatur comes sacri patrimonii, qui id ad exemplum comitis rerum privatarum administret, omnibus agricolis vel colonis vel emphyteutis ei subditis eadem privilegia competant, quibus fruuntur qui sub praeposito et comite rerum privatarum sunt, neve agant et conveniantur nisi apud comitem sacri patrimonii, officiales autem [comitis] sacri patrimonii privilegia [officii] comitis privatarum rerum earum quae ab initio erant habeant.

1.34.

2 [*Ὁ αὐτὸς βασιλεύς.*]

Φροντιζέτωσαν οἱ τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχοντες καὶ αἱ τούτων τάξεις οἰκείῳ κινδύνῳ μηδεμίαν τὰ τῆς ἰδικῆς κτήσεως κτήματα βλάβην ὑφίστασθαι ἢ τὴν ἐξ αὐτῶν μειοῦσθαι πρόσοδον ἢ ἐμπαίζεσθαι. ἐξέστω δὲ τῷ κόμητι τῆς ἰδικῆς κτήσεως καὶ προστιμᾶν αὐτοῖς καὶ μετὰ τὴν ἀρχὴν τὴν γενομένην ἀνασῶσαι βλάβην, ἀλλὰ μηδεμίαν δεχέσθωσαν ἀπόρων ἢ ὁμοκήνσων ἐπιβολήν.

id est:

Idem A.

Suo periculo provinciarum rectores eorumque officia curent, ne quid damni res ad sacrum patrimonium pertinentes sustineant neve reditus earum minuatur vel defraudetur, liceat autem comiti patrimonii et multare eos et deposito magistratu damnum illatum resarcire: ne tamen sterilium vel eiusdem generis praetextum accipiant.

1.34.

3 Μηδὲ παρὰ τοῦ κόμητος τῶν θησαυρῶν ἡμῶν τις ἢ σφραγὶς ἢ ἀναγραφὴ προσερχέσθω πρὸ τῆς τοῦ πράγματος διακρίσεως ἐπὶ τοῖς προσαγγελθεῖσι πράγμασι· καὶ ἐνταῦθα τὰ ὑπὲρ ἑαυτοῦ μόνου ποιοῦντος δαπανήματα, καὶ μὴ δυναμένου πρὸ τελείας ἐκκαλέσασθαι ψήφου.

id est:

Ne qua a comite thesaurorum nostrorum signatio vel descriptio rerum delatarum ante causae diiudicationem fiat: in hoc quoque casu [reus] sumptus pro se factos solos agnoscat, neve ante definitivam sententiam appellare possit.